AQUÆ
Simplices & Compoſitæ,
TINCTURÆ,
VINA & ACETA Medicata.

Aquæ Simplices Stillatitiæ Communes.

Herbæ omnes, ex quibus Aquæ hæ ſimplices eliciendæ ſunt, virides & recentes eſſe debent, ac paululùm contuſæ. Diſtillandæ ſunt vel in Cinerum calore, vel in Alembico cum Refrigeratorio: eâque proportione Herbis admiſcenda eſt Aqua Fontana, ut caveri poſſit Empyreuma. Ex Herbarum viridium libris octo, ut plurimum commode poteſt diſtillari Congius unus.

E FOLIIS & GERMINIBUS,

Abſinthii utriuſque,
Angelicæ,
Cardui Bened.
Cichorii,
Chelidonii maj.
Euphragiæ,
Fœniculi,
Fumariæ,
Hyſſopi,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Menthæ,
Petroſelini,
Plantaginis,
Pulegii,
Quercûs,
Rutæ,
Saxifragiæ,
Ulmariæ.

E FLORIBUS,

Aurantiorum,
Chamæmeli,
Fabarum,
Lilii Convallium,
Papav. Rhœados,
Paralyſios,
Pæoniæ,
Roriſmarini,

Roſa-

Rosarum Albarum,
Damascenarum,
Rubrarum,
Sambuci,
Tiliæ.

E FRUCTIBUS,

E Cort. Citri,
Rubi Idæi,
Nuc. Jugland. immatur.
Cerasorum nigrorum, quæ ad hunc modum conficitur.
℞ Cerasorum nigrorum, unà cum Nucleis contusorum, libras duodecim. Distilla congium unum.

EX ANIMALI,

Spermatis Ranarum.

AQUÆ & SPIRITUS Stillatit. Composit.

Eligendæ sunt Herbæ virides, nisi quando secus præceptum est. Defectu viridium, siccæ quartâ circiter parte adhibendæ sunt. Tantumque Aquæ Fontanæ addendum est, quantum Empyreumati cavendo sufficiat.

AQUA ABSINTHIA MINUS Composita,

℞ Fol. Absinthii sicci libras duas,
Sem. Cardamom. min. uncias duas.
Coriandri semilibram.
Macerentur in Spiritûs Vini Gallici congiis quatuor: Deinde distilla congios quatuor.

Eodem modo (sed omissis seminibus, & proinde singulorum ingredientium quantitate ad libras quatuor auctâ) parentur Aquæ Herbarum,
Angelicæ cum Toto,
Melissæ,
Menthæ,
Salviæ, &c.
Flor. Rorismarini,
Sclareæ,
Sem. Carui,
Cardamom. min.
Anisi, &c.
Baccar. Juniperi, Cortic. Aurantior. Citrior. Limon. &c.

AQUA ABSINTHII MAGIS Composita,

℞ Absinthii Marini sicci,
Vulgaris sicci, ana libram unam;
Salviæ,
Menthæ,
Melissæ sicc. ana manipulos duos;
Rad. Galangæ,
Zinziberis,
Calami aromatici,
Helenii,
Sem. Fœniculi dulc.
Coriandri, ana drachmas tres;
Cinnamomi,
Caryophyllor.
Nucis Mosch. ana drachmas duas;
Cardamomi min.

Cube-

Cubebarum ana drachmam unam. Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & in Spiritûs Vini Gallici libris duodecim macerentur; deinde deſtillentur libræ duodecim.

AQUA ANGELICÆ MAGIS Compoſita.

℞ Rad. Angelicæ ſativæ.
Fol. Cardui Benedict. ana uncias ſex.
Meliſſæ,
Salviæ ana uncias quatuor.
Sem. Angelicæ uncias ſex.
Fœniculi dulcis uncias novem.

Herbæ ſiccæ, & ſemina craſſiuſculè contundantur.

Quibus adde Cinnamomi drachmas duas.
Caryophyllorum,
Macis ana ſeſquidrachmam.
Nucis Moſch.
Sem. Cardamomi min. ana drachmam unam.
Cubebarum.
Rad. Galangæ ana ſeſquidrachmam.
Piper. Jamaicenſis,
Croci ana drachmam.

Infunde in Spiritûs Vini Gallici congiis duobus. Deſtilla congios duos.

SPIRITUS LAVENDULÆ Compoſitus Matthiæ.

℞ Florum Lavendulæ Congium unum. Affunde Spir. Vini Gallici Congios quatuor. Deinde adde
Flor. Recent. Salviæ,
Roriſmarini,
Betonicæ ana m. unum.
Boraginis,
Bugloſſi,
Lilior. Convall.
Paralyſeos ana M. duos.
Fol. Meliſſæ,
Matricariæ,
Aurantior. Rec. Collect.
Flor. Stœchados,
Aurantior.
Bacc. Lauri ana unciam unam.

Factâ digeſtione, deſtillentur in *B. M.* Congii duo cum ſemiſſe. Deinde adde
Cortic. Extern. Citri,
Santali Citrini, ana drachmas ſex;
Cinnamomi,
Nuc. Moſchat.
Macis,
Sem. Cardamomi min.
Cubebar. ana ſemiunciam,
Ligni Aloes drachmam unam.

Digerantur per horas 24, & colentur. Deinde adde, ſi viſum fuerit,
Moſchi,
Ambræ Griſeæ,
Croci, ana ſemiſcrupulum,
Roſar. rub. ſicc.
Santal. rub. ana ſemiunciam.

Species Sindoni incluſæ, ſuſpendantur in ſpiritu prædicto.

SPIRITUS CASTOREI.

℞ Caſtorei Ruſſ. optimi, uncias quatuor.
Flor. Lavendulæ ſiccat. unciam unam.
Salviæ,
Roriſmarini, ana ſemiunciam.
Cinnamomi drachmas ſex.
Macis,
Caryophyllor. ana drachmas duas.
Spir. Vini Gallici rectif. libras ſex: deſtilletur in *B. M.* ad ſiccitatem.

SPIRITUS CROCI.

℞ Croci Anglici optimi uncias quatuor.
Spiritûs Vini Gallici, libras quatuor: deſtilla in *B.M.* libras duas cum ſemiſſe.

AQUA RAPHANI Compoſita.

℞ Fol. Cochleariæ utriuſque, verno tempore collect. & mundat. ana libras ſex; ex hiſce contuſis ſuccus exprimatur, cui admiſce
Succorum Beccabungæ
Naſturtii aquatic. ana ſeſquilibram.
Rad. Raphani ruſticani libras duas.
Ari recentis, uncias ſex.
Cortic. Winterani,
Nucis Moſchatæ ana uncias quatuor,
Cortic. Limonum ſicc. uncias duas,
Spir. Vini Gallici, libras quatuor: deſtilla libras octo.

AQUA PÆONIÆ Compoſita.

℞ Flor. Lilii convall. recent. libram unam; infundantur in Spir. Vin. Gallici Congiis duobus cum ſemiſſe. Deinde
℞ Flor. Tiliæ libram ſemis,
Pæoniæ uncias quatuor;
Rad. Pæoniæ Maris uncias duas cum ſemiſſe.
Dictamni alb.
Ariſtoloch. long. ana ſemiunciam.
Fol. Viſci Quercin.
Rutæ ana M. duos.
Sem. Pæoniæ decorticat. drachmas decem.
Rutæ, drachmas tres cum ſemiſſe.
Caſtorei Ruſſ.
Cubebarum,
Macis ana drachmas duas.
Cinnamomi ſeſquiunciam;
Florum Roriſmarini pug. ſex.
Stœchad. Arab.
Lavendulæ ana pug. quatuor.
Betonicæ,
Tunicæ,
Paralyſeos ana pug. octo.
Deinde adde ſucci ceraſ. nigr. libras quatuor. Deſtillentur congii quatuor.

AQUA EPIDEMIA.

℞ Fol. Chelidonii,
Rorismarini,
Rutæ,
Salviæ,
Absinthii Rom.
Dracontii,
Agrimoniæ,
Melissæ,
Scordii,
Centaurii min.
Cardui Bened.
Betonicæ,
Menthæ ana m. duos;
Rad. Angelicæ siccæ,
Zedoariæ,
Gentianæ, ana unciam unam;
Serp. Virg. semiunciam.

Macerentur in Spirit. Vini Gallic. congio uno: distilla libras decem.

AQUA GENTIANÆ Composita.

℞ Rad. Gentianæ incis. sesquilibram.
Fol. & Flor. Centaurii min. ana uncias quatuor.

Macerentur in Spir. Vini Gallici libris sex: distillentur libræ octo.

AQUA THERIACALIS.

℞ Succi putamin. virid. Nuc. Jugland. libras quatuor.
Rutæ libras tres.
Cardui Benedict.
Calendulæ,
Melissæ, ana libras duas.
Rad. Recent. Petasitidis sesquilibram.
Bardanæ libram unam.
Angelicæ,
Imperatoriæ, ana libram semis.
Fol. Scordii viridis m. quatuor.
Ther. Androm. veteris,
Mithridat. ana uncias octo.
Succi Limonum libras duas.
Spir. Vini Gallici sesquicongium: distillentur congii tres cum semisse. Deinde adde Aceti distillati libras quatuor.

AQUA BRYONIÆ Composita.

℞ Succi Rad. Bryoniæ libras quatuor.
Succi Fol. Rutæ,
Artemisiæ, ana libras duas.
Fol. Sabinæ m. tres.
Matricariæ,
Nepetæ,
Pulegii Reg. ana m. duos.
Ocimi,
Dictamn. Cretic. ana m. unum cum semisse.
Cort. Aurantior. Flav. Rec. uncias quatuor.
Myrrhæ uncias duas.
Castorei Ruff. unciam unam.
Spir. Vini Gallici libras octo: distilla libras duodecim.

AQUA IMPERIALIS.

℞ Cort. Citri siccat.
Aurantior.
Nucis Moschatæ,
Caryophyll.
Cinnamomi, ana uncias duas.
Rad. Cyperi,
Ireos Florent.
Calami Aromat. ana unciam unam.
Zedoariæ.
Galangæ,
Zingiberis ana semiunciam.
Summit. Lavendulæ,
Rorismarini, ana m. duos.
Fol. Lauri,
Majoranæ,
Melissæ,
Menthæ,
Salviæ,
Thymi ana m. unum.
Flor. Rosar. alb. pallid. recent. ana m. semis.
Aq. Rosar. Damascenar. libras quatuor.
Spir. Vini Gallici congium unum: distilla libras decem.

AQUA MIRABILIS.

℞ Caryophyllorum,
Galangæ,
Cubebarum,
Macis,
Cardamomi min.
Nuc. Moschat.
Zingiberis ana drachmam unam.
Succ. Chelidonii maj. libram semis.
Spir. Vini Gallici, libras duas cum semisse.
Distilla libras duas cum semisse.

AQUA DOCT. STEPHANI.

℞ Cinnamomi,
Zingiberis,
Galangæ,
Caryophyllor.
Nucis Moschat.
Gran. Paradisi,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Carui, ana drachmam unam.
Fol. Thymi,
Serpylli,
Menthæ,
Salviæ,
Pulegii,
Rorismarini,
Flor. Rosar. rub.
Chamæmeli,
Origani,
Lavendulæ, ana m. unum.
Spir. Vini Gallici, libras sex: distilla congium unum.

AQUA PROTHERIACALIS.

℞ Fol. Scordii,
Scabiosæ.
Cardui Bened.
Galegæ ana m. duos.
Cort. Citri,
Aurantior. sicc. ana semiunciam.
Sem. Citri,
Seseleos,

Thlas-

Thlaspios, ana unciam unam.
Flor. Calendulæ,
Rorismarini, ana M. unum.
Cinnamomi, drachmas duas.
Spir. Vini Gallici, libras duas: distilla libras sex.

AQUA LIMACUM Tenuis.

℞ Fol. Melissæ,
Menthæ.
Ling. Cervin.
Heder. terrestris,
Flor. Lamii,
Malvæ,
Sambuci, ana M. unum.
Limac. Mundat.
Album. Ovor. ana uncias quatuor.
Nucis Moschat. semiunciam.
Lactis vaccin. congium unum: distil. s. a. in *B. M.* vel cinerum calore.

Si distilletur cum Lactis vaccini libris sex, & Vini Canarini libris duabus, dicitur Aqua Limacum Fortis.

AQUA LACTIS ALEXITERIA.

℞ Fol. Ulmariæ,
Cardui Ben.
Galegæ, ana M. sex.
Menthæ,
Absinth. ana M. quinque.
Rutæ M. tres.
Angelicæ M. duos. Contusis affunde lactis recentis congios tres: distilla in *B. M.* vel cinerum calore.

AQUA CINNAMOMI Tenuis.

℞ Aq. Fontan. libras octo.
Cinnamomi opt. contusi uncias duodecim: macera ac distilla per Alembicum.

AQUA CINNAMOMI Fortis.

℞ Cinnamomi crassè pulv. libram unam.
Spir. Vini Gallici congium unum: distilla libras decem.

AQUA NEPHRITICA.

℞ Florum Spinæ albæ recent. libras quatuor.
Nucis moschatæ contus. uncias tres. Infundantur in vase clauso, cum Vini albi generosi congiis duobus: distilla libras duodecim.

AQUA FL. CHAMÆMELI Composita.

℞ Fl. Chamæmeli siccat. libram unam.
Flaved. Aurant. uncias duas.
Fol. Absinth. vulg.
Puleg. ana M. duos.
Sem. Anisi,
Cymini,
Fœniculi,
Bacc. Lauri,
Juniperi, ana unciam unam.
Infund. in Spir. Vini Gallici congio uno: distilla congios duos.

AQUÆ MEDICAMENTOSÆ.

AQUA CALCIS.

℞ Calcis vivæ libram unam. Affunde Aq. bullient. libras duodecim: poſt ebullitionem ſubſidat calx, & coletur liquor.

AQUA STYPTICA Camphorata.

℞ Vitrioli Camphorati unciam unam.
Aquæ Fontanæ libras tres.
Fæces ſubſidant.

AQUA SAPPHIRINA.

℞ Aq. Calcis Vivæ libram unam.
Salis Ammoniaci ſeſquidrachmam. Solvantur invicem, & in pelvi æneâ macerentur, donec colorem Sapphirinum acquirant. Cola.

AQUA ALUMINOSA.

℞ Aq. Roſar. rubr.
Plantaginis, ana libram unam.
Mercurii ſublimati,
Aluminis rup. ana drachmas duas. Terantur Alumen & Sublimatum; bulliant ſimul cum Aquis in vaſe vitreo, orificii anguſtioris, ad abſumptionem dimidii. Poſt quinque dies, cùm fæces ſubſederint, coletur liquor.

TINCTU-